



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

4. Item de eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

humiliter dirigere nobis per epistolam vestram quid mihi de nostro liceat celebrare officium in parrochia vestra & in Ecclesiis vestris quæ in nostro sunt beneficio, si prædicare liceat, si emendare, si corrigere, si erigere Ecclesiis, si confirmare, aut baptizare, aut penitentiam dare, aut quid nobis concedatis, aut quid prohibeatis, scire nos faciatis citius petimus. Amicitiam vero vestram valde firmam optamus inter nos confiltere. Et obsecro ut mihi commendare dignemini quasi firmo amico tuo quodlibet servitium, & paratum me habetis in omnibus honestis & iustis mandatis vestris. Benevalete.

*Commendatoria & exhortatoria ad
sanctimoniam.*

II. In nomine sanctæ Trinitatis. Veneranda & almissima gloriosaque illa, ego ille inferior cunctis servis vestris postulo summo à Deo æternam venire salutem. Hinc rogo vos & amoneo ut laus popularis, quæ per vulgares spargitur aures, vestram attingat mentem, & crescendo pollulat sapientia vestra apud Deum & homines. Omnis verò populus hac proclamata voce dicens his verò esse ditatam felicibus donis, quod in perpetuum firmiter permaneat, citam omni bono consilio & claram facie omni conspectui humano, varias scilicet gazas miro ordine beatæque mundi regna mirificè disponere, pulcræ corpore & in mente quieta, lucidis autem luminibus vestram fieret staturam, in aulem dicunt. Debetis enim semper gratias agere, ut in vobis hæc & his similia crescant per omnia momenta. Vide, ut Apostolus ait, quomodo cautè ambulaveris, sicut sapientes. Et iterum: *Non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus providentes bonis &c.* Festina itaque, virgo gloriosissima, sanctis studiis te & bonis operibus ornare, ut cum sanctis & beatis virginibus centenum merearis collegere fructum.

Ephes. 5.

Rom. 11.
2. Cor. 8.

*Conquestio de vasso qui iustitiam facere
renuit.*

III. Domino inluster atque præ cuncto magnificentissimo, ut confido, viro amico meo illo ille. Deus scit, qui omnia non latet occulta antequam fiant, in omnibus amicis & bene cupiens vester, illud inprimis quod plurima sunt & nobis opportunum, salutem in Domino optamus vobis in quantum arcana cordis mei continet plenitudo. De cetero cognoscas industria vestra iste præfens homo noster

serviens vester nomen ille ad nos venit & nobis dixit eò quòd vassus vester nomen ille res post se malo ordine retineat injustè, & dixit quòd nulla iustitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea sollicitamus vobis precamur ut hoc causâ diligenter inquirere jubeatis, ut ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatazione ad suum exinde debeat perquirere iustitiam. Et si hoc facietis, vestram bonam consuetudinem adimpletis. Et unde nos injungetis, & nos porebimus, vos vel servientes vestros in bonis partibus remerire non tardamus. Agite taliter quæ nos per vos bona habemus fiducia, ut iste homo noster serviens vester sibi congaudeat quòd nostram ad vos deportasset suggestionem. Ad sapientissimum sufficit.

Item de eadem re.

IV. Domino sancto apostolica sede colendo Domino & in Christo patri illo Patre ille. Deus scit, cui nulla latent occulta, in quantum video & nostra est possibilitas, in omnibus amicis & bene cupiens vester, illud inprimis quod plurima sunt & nobis opportunum, salutem in Domino optamus vobis in quantum totus mundus fulget in gloria, vel quantum distat ortus ab oriente & deficit ab occidente, seu & si fieri potuisset quòd tota membra vertissent in lingua. De ceterum supplicamus gratia vestra ut pro me peccatore in vestris sanctis orationibus intercedere digneris. Et iterum, Domine, supplicamus cognoscat admittas vestra iste præfens homo noster serviens vester nomen ille res suas malo ordine post se retinebat injustè, & nulla iustitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea precamur vobis ut hanc causam diligenter inquirere jubeatis, ut sicut vestra bona est consuetudo, ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatazione ad suam exinde debeat pervenire iustitiam, & sibi congaudeat quòd nostram ad vos deportasset suggestionem, & nos vobis gratias agamus. Et si locus advenerit, vos vel servientes vestros in bonis partibus remerire non tardamus. Ad sapientissimo sufficit. Salutamus vobis satis & super omnia satis usque ad gaudium magnum.

Indiculus regalis.

V. Dominis sanctis & in Christo patribus omnibus Episcopis, seu & venerabilibus omnibus Abbatibus, atque illustribus viris, seu & viris magnificis Domesticis, Vicariis, Centenariis etiam quod omnis pars & amicos nostros seu & Missus nostros discurrerentis,